

**Expletur lacuna in Libanii declamatione quae inscribitur μάγου
κατηγορία.**

Inter codices Libanii hodie superstites, quorum numerus iam nunc proxime a quingenario abest, sed etiam capitum Lernaee hydrae instar inter conferendum in dies mihi crescit, singularem obtinet locum Barberinus II, 41, qui a cardinali Francisco Barberini e bibliotheca Cryptensi in suam videtur translatus esse,

si recte in interiore parte involucri per membranam agglutinatam perspexi scriptum: *ferrata*. Eminent codex non vetustate — neque enim, ut est apud Morellium (Aristid. or. adv. Lept. praef. p. XXXII) saeculi XI, sed XV est —, sed operum numero et in nonnullis saltem partibus fide memoriae servata. Omnium est amplissimus, quippe qui 477 folia formae magnae scripturaeque artae contineat. In quo toto excutiendo quod ad finem perveni, id praeter singularem Barberini principis favorem eximia debeo benevolentiae adiutrici nonnullorum virorum doctorum imprimisque Pii Franchi de Cavalariis, juvenis sollertissimi, cuius amicitiam anno proximo mihi per Aeneam Piccolomini meum conciliatam inter gratissimas memorias Romanas refero.

Qui exemplar unde codex descriptus est concinnavit eum patet id egisse, ut corpus operum omnium Libanii conderet. Quod ut perficeret quamquam minime ei contigit, tamen omnia scrinia rimatus aliquot prompsit opuscula, quae in paucis vel in nullo alio codice exstant. Inter illa est declamatio inscripta Κωλύουσι Σωκράτην ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διαλέγεσθαι καὶ ἀντιλέγει τις, quae e codice Marciano a Iacobo Morelli Venetiis 1785 edita est, inter haec oratio ὑπὲρ Ὀλυμπίου, quam Siebenkeesius in lucem protraxit. Sed huic uni codici (= B) etiam debetur supplementum lacunae quae est in μάγου κατηγορία ed. Reisk. t. IV p. 735, 17. Inter enuntiata enim ἀλλ' οὐδὲν ἦτιον ἀπολούμεθα et πῶς οὖν, φησίν, οὐκ ἐμὲ σφάττει; exhibet verba quae rebus tantum minutis correctis, ut Franchius mihi descripsit, reddo:

πῶς οὖν οὐ πολλῆς δυστυχίας διὰ τῶν τοῦ μάγου λό-¹
γων τῆς τε φαινομένης λύσεως ἐκπεσεῖν καὶ μηδεμίαν ἀντί-
ταύτης ὑστερον ἔχειν; καὶ οὐκ ἐνταῦθα ἔστηκε τὸ δεινόν, ἀλλ'
οὐδ' ἐπ' ἄλλην ἀκαιρίαν καλούμενος (ὁ θεὸς) ἔτι βοηθῶν συλ-
λήψεται. διὰ τί γάρ; ἴν' ἀνθρώπους εὐσεβεῖς ἐξέλῃται κινδύ-⁵
νων; καλόν γε εὐσεβείας τὰ παρόντα τεκμήρια. οὕτως ἡμῖν
εἰσάπαξ καθίστησι δυσμενῆ τὸν Πύθειον τὸ τούτῳ πεισθῆναι
τῆμερον, καὶ δέος ἐστὶν οὐ μικρόν, μὴ κἂν ἄλλο τι τῷ λοιμῷ
προσγένῃται, καὶ τοῦτ' ἀνίατον (ἦ) τῇ πόλει τῆς ἐκ Δελφῶν
ἡμῖν ἀποκεκομμένης ἐλπίδος.¹

Καὶ μὴν κάκειθεν, ὦ πολῖται, μάθοιτ' ἄν, ὡς οὐ δεῖ
τούτῳ προσέχειν. ἐρωτῶ γὰρ αὐτὸν ἐναντίον ὑμῶν· παῖδα ἕτε-
ρον ἐν παραβύστῳ θύσας νικήσεις τὸν ἀντίπαλον; τίνα τοῦ-
τον; πόθεν λαβῶν; τίνος δίδοντας; (ὅπου γε οὐδένα) ὄνο-
μάζει τὰ λόγια. πόσω δὲ δικαιοτέρον τὸν λαχόντα ἀπελθεῖν.¹
ἀλλ' ἑτέρῳ τρόπῳ τὴν θεραπείαν εὐρήσεις; ἀλλ' ὁ χρησμός
τούτον εἶναί φησι μόνον. εἰ δὲ ἐνήσαν πλείους, οὐκ ἂν ἀπεκρύ-
ψατο τὴν ἀφθονίαν τῶν τῆς ἰάσεως ὀδῶν ὁ θεὸς οὐδ' ἂν
ἐγένετο χείρων τουτωνῶν τῶν ἰατρῶν, οἱ φιλοτιμοῦνται τὸ πο-

1 οὐ m² in ras. 4 <ὁ θεός> inserui 5 εὐσεβεῖς voce inc. fol. 426^r 8 κἂν ἄλλο] κἂν ἄλλο B 9 <ἦ> inserui 14 <ὅπου γε οὐδένα> dubitanter scripsi. in B est περι cum lacuna decem vel undecim litterarum

λυτρόπων μεμνήσθαι θεραπειῶν, ἀλλ' εἶπεν ἂν ἐξαριθμῶν, ὅτι ἢ
 τὸ ποιήσουσιν ἢ τὸ ἢ νῆ Δί' ἕτερον ἢ πάλιν ἄλλο τι ἢ τοῦτό
 γε αὐτὸ τὸ νῦν ἀνηρημένον ὑπάρξει τὸν λοιμὸν διαφυγεῖν.
 ἀλλ' ὁρᾶτε, ὡς πάντα τᾶλλα ἀφείς ἐν τούτῳ μόνῳ φησὶν εἶναι
 5 τὴν βοήθειαν, τούτους οἶμαι θηρεύων, ὡς ἂν καὶ τῆς τοῦ λοι-
 μοῦ γενέσεως ἐκ τούτων οὔσης, τοῦ μὲν εἰσηγουμένου καὶ προ-
 εμβάλλοντος, τοῦ παιδὸς δὲ ἀκολουθοῦντος καὶ πειρωμένου μι-
 μείσθαι.

Vratislaviae.

Richardus Foerster.